



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Spes & Fiducia, Cuius Iudicisqve Dei, Erga Homines In Hac  
Vita Existentes, Firmata**

**Stengel, Georg**

**[S.l.], 1645**

§. 4. Etiam de malis bene sperandum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49823](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49823)



& 4. Reg. 20. domui tuae, quia morieris tu, & non viues: Ezechias autem conuertit faciem suam ad parietem, & cum lachrymis adorauit Dominum, & antequam exiret Isaias per mediam partem atrij, factus est sermo Domini ad eum dicens: *Reuertere, & dic Ezechia: Hec dicit Dominus Deus David patris tui: Audiui orationem tuam, & vidi lachrymas tuas, & ecce sanauit te, &c.* Alia lectio habet: *vidi lachrymam tuam*, quasi propter primam lachrymam statim conciliatus, & sanitatem, & quindecim annos, & liberationem ab Assyrijs donarit. Potestne maior bonitas cogitari? Illata infinito Deo injuria, æterna damnatione, æterno supplicio digna, lachrymis, immò lachrymâ vnâ compensatur.

## §. IV.

*Etiam de malis bene sperandum.*

Hæc cum ita sint, boni nunquam de salute sua desperant, sed oculos semper in cælum erigunt, semper misericordem esse iudicem credunt, atque ad pœnitentiæ remedia, ad lachrymas, adunctiones pectoris, ad confessionem recurrunt. Deniq; etiam *non est desperandum de malis*, ait S. Doctor, *sed pro ipsis, ut boni fiant, studiosius supplicandum: quia numerus Sanctorum, semper de numero auctus est*  
impio-

S. Augustin. lib.  
de vera  
innocent.  
c. 184.



*impiorum* Hæc est ars omnipotentis, è lapi- Matt. 3, 9.  
*dibus filios Abrahæ suscitantis*; hic diuinæ mi-  
sericordiæ fructus, *vocantis ea, quæ non sunt*;  
hæc *dextera Excelsi, de stercore pauperem eri-*  
*gentis*. Cuius, in luculenta historia, & exem-  
plum accipe, peccator, & documentum.

§. V.

*Sceleratissima filia, ex misericordia Dei bre-*  
*uis & efficax pœnitentia.*

Dedit id, ante me, ex idoneo authore,  
Iulius Mazarinus, de quadam puella, quæ  
venustate vultus pariter, & juvenilibus ad-  
huc annis florens, affinis earum rerum, quas  
fert adolescentia, malæ educationi, malam  
reposuit mercedem. Nam in delicijs, à ma-  
tre, & vitæ licentia, enutrita, nimiam indul-  
gentiam eximio dolore compensavit. Itaq;  
assueta facilè flecti, improbo parentis suasu,  
haud ægrè permota incæsto animam pol-  
luit flagitio. Nempe aptum matris suppli-  
cium erat filia peccatum. Quid ergo Agal-  
ma mater (nam hoc illi fuit nomen) nefan-  
di coitus exploratè gnara fecit? Dolorem,  
quem non potuit premere, in verba effudit;  
quibus acerbissimis filia aures identidem  
flagellavit, nefarium ac inauditum crimen  
comperisse se clamitans: facinus vtrique

Iul. Ma-  
zarin. in  
Psal. 50.  
p. 1. dis-  
curs. 10.  
ex lac.  
Vitræac.  
Cardinal.

D d non